



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iona Propheta

Luther, Martin

Argentorati

VD16 B 3892

Et factum est uerbum domini altera uice ad Ionom dicens, Surge uade
Nineuen ciuitatem illam magnam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36534

ANNOTATIONES
CAPVT TER
TIVM.

Et factum est uerbum dominia altera uice ad lonam dicens, Surge uade Nineuen ciuitatem illam magnam.

Hec ideo scripta relicta sunt, ut obseruemus, nihil inchoandum aut instituendum esse, absque Dei tum uerbo tum mandato, Prima enim commissio ad nihilum redacta erat, per Iona inobedientiam, quare, nisi redintegrasset mandatum Deus, incertus fuisse set Iona, non deberet exequi, imo potuisset illi idem accidere, quod filiis Israël, Nume. 14. qui primum nolentes ex præcepto Dei belligerari, ac postmodum a se ipsis sine mandato uolentes committere præclu, cæsi sunt. ideo nihil, adeo totum iniustia est, quicquid è suo homines arbitrio, absque dei mandato conantur. Præterea, hoc secundo huic mandato additur, ut quod illum Deus iusserrit, prædicare debeat, ut et ministerium uerbi, et ipsum uerbum, in uerbo Dei comprehensum esse oporteat. Tum etiam recta incedit et fructifiat, alioqui, si currant, atræ dei commissum, aut à uerbo Dei aliena, prædixerent. Solū

g 4 modo

modo nocent, ut & utrumq; Ieremia docet, inquietus
Currebant, & non mittebam eos, annunciabam, &
ego nihil demandabam eis, quæ duo tibi dicta sunt,
cui uerbi ministerium delegatum est, eaq; in ima præ
cordia reconde, Teq; populumq;, cuius animas eru
dis, contingunt. Similiter Petrus hec duo coniunxit.
Si quis loquitur, inquit, uelut sermones Dei, si quis
præcest, ut id ex diuina uirtute & facultate perficiat,
ut nihil dubitet, & uerbum & ministerium diuina
esse, aque Deo promanasse, Ita enim decretum est,
dicit & fiunt, per uerbum suum omnia conficeri o=
portet, Iohā. i. Quamobrem, omnis plantatio, quam
non plantauit pater eradicabitur. Etsi enim plantan
tur & suppululant, non tamen fructum producent
Sic humane traditiones instituuntur quidem, & dā
num moliuntur, sed non efficiunt quod intenderant,
ceterum, suis tandem nugis, postquam satis obfue=
runt, intereunt.

Et Nineuē ciuitas dei erat, trium die
rum iter continens.

Quare Nineuen auitatem Dei uocat? nec ibi reli
gio uera, siue cultus Dei, neq; templum neq; prophe
tæ erant? Arbitror ego, ea propter auitatem Dei no
minari, quod eius auram gerat Deus, ac nolite ampe
rire,